

**Epos votivum in strenam
novi anni ... mag. Johanni
Haartman philosophiae th...**

Welin, Johannes

82 Aa 225 Haartman



EPOS
VOTIVUM

In

STRENAM

NOVI ANNI

VIRO Maxime Reverendo atque Amplissimo
DOMINO

M^{AG.} JOHANNI HAARTMAN

Philosophiæ Theoreticæ Professori Celeberrimo, ut Promotori, ita nutri-
tio longe propensissimo in humillimi obsequii declarationem relictum

à

JOHANNE WELINO.



Quò te causa rapit, propera mea Vena citatis
Cursibus, ut surgat per longa volumina pulvis.
Fo! tibias, latus animato flatibus almas,
Effice, quò gratum suspiret fistula murmur:
Barbita blandisq; resonantia pectine tange,
Andinisque tubis sonitus sat forte remugi;

Tinnula sollicita ferrando pollice plectra,
Trans Heliconis aquas distendat suppara Japix:
Permesse furvas commingito cannula guttas,
Verbaque jam nobis senis convolve catenis.
Præteritum tumulto debemus condere tempus,
Ac anno pariter rursus gaudere renato.
Illius occubitus vibrat per corda dolorem;
Hujus at exortus salientes sanguine circos.
Nascitur hinc vitæ mortis mixtura tremenda,
Continguas mæror conjungunt gaudia palmas.
Hinc fac, Phæbe pater, fugitent carpenta per auras,
Ut trepident axes, saliant cum corribus orbes;
Spargito per nubes radios, diffunde calorem,
Hincque diem rutilo decorato lumine primum.
Sed Tibi, Musarum Præses celebrande Professor,
Qui mihi delictum tuleras & gaudia vita,
Quem tua mensa fere binis comparavit in annis.
Quem favor ac alis solitus refovere paternè:
Jam Tibi, Vir Celebris, redinvivo hoc apprecor anno,
Irradiant placidas Tibi nunc nova gaudia mentes!
Dum sol, manè nitens, medio consistit Olympo,
Dum simul Hesperias volucris properabit in undas,
Noctibus atq; dies per longa crepuscula miscet,
Dum quoq; fumificat gravidas fuligine nubes:
Tunc penetrent animos semper Tibi gaudia letos!
Tabidulus nunquam delibet corpora morbus!
Virve, vir Celebris, vitam protende per annos
Multos, ut referant hiemis tua vellera floccos!!!



WOLFFIUM
in

STREITMANN

WOLFFIUM
in

M. JOHANNI LAARTEMAN

Philosophie Theoriae et Practicae
in Philosophia et Mathematica

JOHANNI WOLFFIUM

Philosophie Theoriae et Practicae
in Philosophia et Mathematica



ABO, Johann, von Künze, Reg. A. und Th. 1780

